

Neuenkirchen an der Dersaburg, Damme und Bramsche in Maltern samt Schätzwert in Florenen, dazu die Schulden und die ständigen Ausgaben. Fr. Friedrich hat dies in schriftlicher Form vorgelegt. Sein Schriftstück wird wörtlich inseriert. Beglaubigt wird der Bericht durch den Notar Johann Dombhof von Wiedenbrück und vier Zeugen, den Propst Johann des Nonnenklosters Gertrudenberg bei Osnabrück, den Domvikar in Osnabrück Hermann von Glane, den Kleriker Johann Krämer von Wiedenbrück und den Laien Friedrich von Gerden. – Pergament mit Signet des Notars. Città del Vaticano, Archivio Segreto Vaticano, Instrumenta Miscellanea 2803. Über dem Text oben am Rand: M IIII^C. In dorso: M IIII^C Osnaburgen(sis), expedita per Thomam Pet[ra].

1373 August 9

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem M^o CCC^{mo} LXXIII^o, indictione XI, die nona mensis Augusti, hora terciarum vel quasi, in domo habitationis honorabilis viri domini Ludolphi de Scutorpe cantoris ecclesie sancti Iohannis Osnaburgensis infrascripti site infra emunitatem ecclesie Osnaburgensis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia pape XI anno tercio, coram prefato domino Ludolpho cantore meique notarii publici et testium subscriptorum presencia constitutus personaliter venerabilis et religiosus vir frater Fredericus de Bruchterbeke, presbiter, commendator et preceptor preceptorie seu domus in Laghe ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani Osnaburgensis diocesis, suo, suorum militum et oblatorum nomine, ut asseruit, quandam papiri cedulam scriptam manibus suis tenuit, quam nomine suo et dictorum suorum militum et oblatorum nomine ibidem publice et alta voce legi fecit et mandavit, cuius tenor de verbo ad verbum inferius describetur. Qua lecta, dictam cedulam et contenta in eadem prefato domino Ludolpho cantori dedit et presentavit et iuravit nomine quo supra ad sancta Dei ewangelia per eum corporaliter tacta omnia premissa vera esse et ea posse docere et probare, si necesse esset. Requirente me notarium subscriptum, ut sibi super premissis conficerem unum vel plura publica instrumenta. Acta sunt hec anno, indictione, die, mense, hora, loco et pontificatu quibus supra presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Iohanne preposito monasterii sanctimonialium Montis sancte Gertrudis prope muros Osnaburgenses, Hermannno de Glane perpetuo vicario in ecclesia Osnaburgensi, Iohanne dicto Kremere de Widenb(rucghe) clerico et Frederico de Gerden laico Osnaburgensis diocesis testibus in premissis. Tenor vero dicte cedula talis est: